

THESES LOGICÆ.

QVAS IN INCLYTA ET CATHOLICA INGOLSTADIEN. SI ACADEMIA, CLARISSIMVS ET NOBILISSIMVS ADOLESCENS

D. IOANNES COMES ILLVSTRIS A MONTFORT, tertio Nonas Septemb. publice tuebitur.

Præfide M. Paulo Vizano, Societat. IESV Philospho, & Professore Ordinario.

I. De facultate differendi eiusq; partibus, necessitate, dignitateq; disputatur, illud primùm constitutum esse volumus: parum vel nihil omnino referre, siue illam Dialecticis, siue Logicis nomine in hac disputatione vocemus, vtrumq; siquidem nomen à Philosophis usurpatum, ac tritum esse constat.

In Isagogen Porphyrij.

VIII. IVS, quod vniuersale dicimus, quatuor acceptiones apud Philosophos obseruare licet. Primum enim vniuersale dicitur, quod multorum causa efficiens aut finis est: Deinde quod multa tanquam ipsorum imago aut similitudo refert, ac representat: Tertio, quod est quidem res vna & indiuidua, sed quæ multarum rerum caducarum essentiam in seipsa continet, cuiusmodi vniuersalia Plato constituit: Postremò quod vnum quidpiam cum sit, pluribus tamen inesse & de illis prædicari potest, de quo vniuersali (reliquis acceptionibus prætermisissis) nostra hæc instituitur disputatione.

XVIII. Vera esse videtur illorum sententia, qui genus non de differentiis per quas diuiditur, sed de speciebus subiectis proprie ac proximè prædicari afferunt.

In Categorijs Aristotelis.

XXV. Prædicamentorum (quæ categoriæ dicuntur) disputatione ad prædicamentum Dialecticè cognitio necessaria est, vt quæ non minus ad Logicam, quam ad Metaphysicum pertinet. Hic enim ipsas per se naturas, his decem generibus dispositas, contemplatur: Ille vero ea sibi ipsas naturas, non per se, sed vt per medios conceptus secundis intentionibus afficiuntur, considerat.

XXXVII. Qualitas proprium quoddam entis genus constituit, quæ cum nihil aliud sit, quam certus substantiæ modus, rectè ab Aristotele describitur, secundum quam quales quidam esse dicuntur: A quo etiam quatuor proximæ species enumerantur, Prima, Habitus & dispositio; Secunda, Naturalis potentia aut impotentia; Tertia, passio & passibilis qualitas; Quarta, Figura & Forma.

In lib. Perihermenias.

XL. Vbi tractatur de interpretatione, non est vox, nec oratio, illius enim tractatio, si Auienna credimus ad Logicam proprie non pertinet; hæc etiam laus patet, quàm vt proprie materia horum librorum dici possit.

In lib. de Priori Analysi.

XLV. Diuersum est obiectum horum librorum, qui de prioribus Analysi, & librorum qui de posterioribus inscribuntur: Est enim eorum librorum subiecta materia non demonstratio, nec Syllogismus speciatim sumptus, aut ad materiã aliquam contrahitus, sed simpliciter & generatim acceptus.

In lib. de Posteriori Analysi.

XLIX. Per quæ eruditè Aristoteles vniuersam demonstrationis vim ac naturam (quæ horum librorum subiectum est adæquatam) explicat, quæ omnem doctrinam omnemq; disciplinã ex præexistente cognitione fieri pronunciauit. Ex hoc enim aperte satis intelligi potest, quàm frequens & necessarij fuerint omni scientia demonstrationis vfus, & quàm grauior lapsi sint, qui scientiam sine demonstratione consistere posse affirmant, qui quidem illi fenserint, nos cum Aristotele, omnem scientiam sola demonstratione comparari, & ad eam tria præcognita, ac duas præcognitiones, necessariò deponi existimamus.

AD ILLVSTREM ADOLESCENTEM D. IOANNEM COMITEM A MONTFORT.

V quoq; Ioannes fraternali imitator honoris, Magne Comes, Sæpius prælia docti subis, Pectora Socraticis præbes spectanda palestris, Roborâq; ingenij perspicienda tui.

Hoc tamen exiguo percurrere carmine factum, Haud refugit, multum sit tremebunda licet, Impete tam casti quod honoris amore, uelut Ad Sophiæ tendat Frater uterq; decur.



LAVS DEO.

A tuos o Comites nostri decora alta licei, Hoc duce natura sponte subitis onus, Per vos namq; suo sapientia fuit a uigore, Nunc rursum o Comites tollit in astra caput.

Conflorq; ualens, rebusq; instructa gerendis, Officium quemuis curat obire iuueni, Ipsa eadem omnigenum solers miracula rerum, Quod ualet humanus sensus adire docet.

ACTA SOCIETATIS ACADEMIAE CLARISSIMAE MONTFORTENSIS

Philosopho & Professore Ordinario

Acta Societatis Academiae Clarissimae Montfortensis... Philosopho & Professore Ordinario... (Main body of text, mirrored bleed-through from the reverse side)

ACTA SOCIETATIS ACADEMIAE CLARISSIMAE MONTFORTENSIS

Philosopho & Professore Ordinario

Acta Societatis Academiae Clarissimae Montfortensis... Philosopho & Professore Ordinario... (Main body of text, mirrored bleed-through from the reverse side)



ACTA SOCIETATIS ACADEMIAE CLARISSIMAE MONTFORTENSIS... Philosopho & Professore Ordinario... (Bottom section of text, mirrored bleed-through from the reverse side)